

A. M.	478	Tabula Chronologica	A. Chr.
1558		Sem, alter filius Noe, nascitur.	2442
1651		Lamech, pater Noe, annis natus 777. moritur.	2349
1656		Mathufala post productam diutius, quam ceteri quique homines, vitam, annis natus 969. obit. <i>Gen. 5. 27.</i>	2344
1656		Deus Noemum monet, ut ad ingrediendum in Arcam se disponat, ad diem 10. secundi mensis, Novembri & Decembri respondentis.	2344
		Die 17. ejusdem mensis, Noe unâ cum uxore, & filiis, atque tribus uxoribus trium filiorum, in Arcam ingreditur.	
		Pluviae perpetuae super terram ruunt 40. diebus & 40. noctibus. Aquae 150. diebus terrae superficiem operiunt.	
		Die 17. septimi mensis Arca in monte Ararat confidet. Die primâ decimi mensis cacumina montium apparent. <i>Gen. 8. 3. 4.</i>	
		Post 40. dies Noe corvum dimittit. <i>Gen. 8. 6. 7.</i>	
		Post 7. dies columba ex Arcâ à Noe dimissa, statim regreditur.	
		Post 7. alios dies iterum dimissa, ad vesperam regreditur, virentem olivae ramum in rostro tenens. Post alios septem dies avolans, iterum amplius non redit. <i>Gen. 8. 12.</i>	
1657		Noe, ætatis anno 601. primâ die primi mensis, tecum Arcæ reducit.	2343
		Die 27. secundi mensis Noe ex Arcâ egressus, Sacrificium eucharisticum immolat. Carnes in escam hominibus à Deo permittuntur. Deus nunquam se ultra diluvium universale immisurum, datâ in pignus fidei suae. Iræ, pollicetur. <i>Gen. 8. 9.</i>	
1658		Arphaxad, filius Sem, nascitur.	2342
1663		Septem annis circiter post diluvium, Noe plantatâ vineâ, & largiis epote vino; inhonesto corporis habitu in somnum resolutus, sub tentorio jacet. Cham patrem irridet; & Noemus è somno experrectus, in Chanaan filium Cham, 6. sive 7. annorum facile puerum, maledictum pronunciat.	2337
1693		Sale, filius Arphaxad, nascitur.	2307
1723		Heber, filius Sale, nascitur.	2277
1757		Phaleg, filius Heber, nascitur.	2243
1770		Circa illud tempus, homines ædificium turris Babelis aggressi sunt; sed Deus linguis eorum confusus, abstinere, atque in varias mundi partes se se dividere coegit.	2230
1771		Hic etiam exordium statui potest Monarchiæ Assyriorum per Nemrod <i>Gen. 10. 9. 10.</i> Post eum annum, usque ad captam ab Alexandro Magno Babylonem, 1903. anni numerantur; quæ annorum summa cum observationibus Chaldaeorum à Callisthene supputatâ congruit. <i>Porphyr. apud Simplic. l. 3. de Cælo.</i>	2229
		Imperium Ægyptium circa idem tempus auctore Cham patre Mezraim cœpit. Duravit autem 1663. annis, usque ad captam Ægyptum per Cambysem. <i>Constant. Manass. in Annal.</i>	
1787		Rehu, filius Phaleg, nascitur.	2213
1819		Sarug, filius Rehu, nascitur.	2181
1849		Nachor, filius Sarug, nascitur.	2151
1878		Thare, filius Nachor, nascitur.	2122
1948		Aran, filius Thare, nascitur.	2052
2006		Noe, annis natus 950. moritur.	1994
2008		Abram, filius Thare, nascitur.	1992
2018		Sarai, uxor Abrami nascitur.	1982
2083		Abram in Ur Chaldaeorum vocatur; quare in Charras, sive Haran Mesopotamiæ se confert. Ibi Thare pater ipsius, annis natus 205. moritur. <i>Gen. 31. 31. 32.</i>	1917
2083		Abram in urbe Haran secundò vocatus, in Terram Promissionis unâ cum Sarai uxore suâ, & Loth nepote suo, se conferens, in Sichem sedem constituit.	1917
2084		Abram in Ægyptum descendit. Pharaon uxorem ipsius rapit: deinde viro restituit. Abram ex Ægypto egrediens, à Loth nepote suo dividitur.	1916
2091		Reges Sodomæ, & Gomorrhæ à Codorlahomor desciscunt.	1909
2092		Codorlahomor, unâ cum aliis sibi foederatis, in desciscentes à se Reges Sodomæ, Gomorrhæ, alioque, bellum infert. Rebellibus pralio victis, Sodomâ diripitur. Loth captivus ab hostibus deducitur. Abram illos insecutus fundit, ac receptâ prædâ Loth reducit. Melchisedech victori Abramo benedicit.	1908
		Dominus, inito cum Abramo foedere, florentem illi posteritatem pollicetur. <i>Gen. 15.</i>	
2093		Sarai famulam suam Agar in thorum viri introducit.	1907
2094		Ismael filius Abram, & Agar nascitur.	1906
2107		Novum foedus Dei cum Abram, & nova longè posteritatis promissio. <i>Gen. 17.</i> Deus nomen Abram in Abraham, & Sarai in Saram mutat. Abraham tres Angelos sub itinerantium figurâ hospitio recipit, à quibus	1893

A. M.	Generalis Historiæ Biblicæ.	479	A. Chr.
			2442
			2349
			2344
2108		bus orituri Isaci spes ipsi facta est.	1892
		Sodomâ, Gomorrhâ, Adamâ, Seboim, dilapsis Coelitus flammis absumuntur. Loth præservatur. In Segor sese recipit. Incestum cum geminis puellis filiabus suis committit.	
2115		Abraham, è valle Mambre digressus, in Bersabee venit.	1885
		Isaac, filius Abrahami, & Saræ nascitur. <i>Gen. 17.</i>	
2133		Sarâ, viro Ismaele cum Isaac ludente, pellere è domo Agar, & Ismaelem virum cogit. Agar Ægyptiam foeminam cum Ismaele conjugio copulat, ex qua Ismael plures genuit filios.	1867
2145		Fœdus Abrahami cum Abimelecho Rege Geraræ. <i>Gen. 21.</i>	1855
2146		Abraham filium suum Isaac in holocaustum Deo offerre parat. <i>Gen. 22.</i>	1854
		Sarâ, Uxor Abrahami, annis nata 127. moritur. <i>Gen. 23. 1. 2.</i>	
		Abraham Oeconomum suum Eliezer, ad postulandam filio suo Isaac uxorem, in Mesopotamiam mittit. Eliezer Rebeccam adducit. <i>Gen. 24. 6. 25.</i>	
2150		Nuptiæ Abrahami cum Cerhurâ, ex qua plures filios genuit.	1850
2158		Sem, filius Noe, moritur, 509. annis post natum Arphaxad.	1842
2167		Rebecca, post longam 19. annorum sterilitatem, tandem, deprecante Isaac, concepit.	1833
2168		Jacob, & Esau nascuntur.	1832
2184		Abraham, annis natus 175. moritur.	1816
2187		Heber annis natus 464. moritur.	1813
2200		Isaac Gerarum concedit. Deus factas Abrahamo patri illius promissiones cum ipso innovat. Isaac fœdus init cum Abimelecho Rege Geraræ.	1800
2208		Nuptiæ Esau cum foeminis Chananaïs.	1792
2208		Diluvium Ogygis in Atticâ 1020. annis ante primam Olympiadem.	1792
2231		Ismael, filius Abrahami natu major, annis natus 137. moritur.	1769
2245		Isaac imprudens Jacobo pro Esau benedicit.	1755
		Jacob in Mesopotamiam ad avunculum suum Labanum concedens, Liam primam, deinde Rachelem ducit.	
2246		Ruben, filius Jacobi, & Lia nascitur.	1754
2247		Simeon, filius Lia, nascitur.	1753
2248		Levi, filius Lia, nascitur.	1752
2249		Juda, filius Lia, nascitur.	1751
2259		Joseph, filius Rachelis, & Jacobi nascitur.	1741
2265		Jacob reditum ad parentes suos in Chanaanidem statuit. Abeuntem Laban profectus in montibus Galaad assequitur. Esau obviam venienti progressus, amicissimè illum recipit. Jacob in Sichem pervenit.	1735
2273		Dina, filia Jacobi, solemnitates Chananaeorum spectans, à Sichem filio Hemor rapitur. Acceptam injuriam fratres Dinæ nece Sichemitarum ulsi sunt.	1727
2273		Benjamin, filius Rachelis, nascitur.	1727
2276		Joseph, annis natus 17. fratrum crimina ad patrem denunciat; quare invidiâ in se fratrum concitatâ, pretio ab illis divenditus, in Ægyptum adductus est, ubi mancipii loco à Putiphare emitur.	1724
2276		Circa ea tempora Juda ducit filiam Sue Chananaï, ex qua Her, Onan, & Selam genuit.	1724
2286		Joseph ab uxore domini sui Putipharis ad crimen sollicitatus, resistens, in carcerem detruditur.	1714
2287		Somnia duobus Præfectis Regis Pharaonis Joseph interpretatur.	1713
2288		Isaac, annis natus 180. moritur.	1712
2289		Joseph somnia Pharaonis interpretatus, è carcere liberatur, & totius Ægypti præfecturâ donatur.	1711
		Exordium septem annorum ubertatis prædictæ à Josepho.	
2290		Manasse, filius Josephi, nascitur.	1710
2291		Ephraim, alter filius Josephi, nascitur.	1709
2296		Exordium septem annorum sterilitatis prædictæ à Josepho.	1704
2297		Decem fratres Josephi ad frumentum comparandum in Ægyptum veniunt. Joseph, retento in custodiam Simeone, ceteros eâ conditione dimittit, ut fratrem suum Benjamin natu minorem ad se adducant.	1703
2298		Fratres Josephi in Ægyptum regressi, Benjamin adducunt. Joseph se tandem fratribus prodens, in Ægyptum migrare illos unâ cum patre cogit. Jacob eò cum totâ familiâ se confert.	1702
2300		Joseph pecuniam ex universâ Ægypto collectam, in Regia Æraria inferi	1700
2301		Joseph, omnes Ægypti greges, quos Ægyptii, ut escas sibi compararent, divendere coacti sunt, Regi emit.	1699
2302		Ægyptii agros suos omnes, suamque libertatem pro recipiendis escis Pharaoni vendunt.	1698
2302		Finis septem annorum sterilitatis. Joseph greges, & agros Ægyptiis restituit, eâ conditione, ut quantam omnium proventuum partem Regi pendant.	1698

180 Tabula Chronologica

A. M.		A. Chr.
2305	Jacob extremo morbo decumbens, benedictionem super Ephraim & Manasse pronuncians, amborum eventus pradicat. Annis natus 147. moritur.	1695
2369	Joseph, annis natus 110. moritur; antea tamen egressu Israelitarum ex Aegypto pradicto, rogat, ut ossa sua in Chanaanitidem transferantur.	1631
2385	Levi, annorum 137. grandævus, moritur.	1615
2427	Novus in Aegypto Rex, beneficiorum Josephi in totam regionem immemor, Israelitas persequitur. Circa ea tempora Job florebat, vir sapientiae, virtutis, & invidiae patientiae laude insignis.	1573
2430	Aaron, filius Amram, & Jocabed, nascitur.	1570
2433	Moyse frater Aaronis in Nilo expositus, à filia Pharaonis invenitur, atque in filium Regie foemine adoptatus, Jocabed nutriendus traditur.	1567
2473	Moyse fratres suos invisens, Aegyptium, qui Hebraum opprimebat, occidit. Pharaonis metu, quem crimen comperisse norat, in Madianitidem secedens, Sephoram filiam Jethro ducit, ex qua duos filios Gersam, & Eliezer generat.	1527
2513	Deus in rubo ardenti Moyse greges foveri sui in deserto pascenti apprensus, ire jubet in Aegyptum, liberandis ab oppressione adversariorum Israelitis. Ille in Aegyptum regrediens, Aaronem fratrem suum obvium usque ad montem Oreb venientem habet. Ambo fratres Pharaoni se sistentes, Dei mandata exponunt. Pharaon non recusat tantum, sed & Israelitas novis oneribus opprimit. Moyse varia coram illo prodigia exhibet. Prima Aegypti plaga. Aquae in sanguinem transmutantur, die 18. sexti mensis circiter. II. Plaga. Ranæ totam terram infestantes, ædes universas invadunt, die 25. ejusdem mensis circiter. III. Cyniphe, sive culices, vel saltem pediculi, 27. ejusdem mensis. IV. Muscæ omnis generis, circa 28. & 29. ejusdem mensis. V. Pestis hominum, & brutorum, circa primam diem septimi mensis, qui deinde primus fuit anni Sancti. VI. Ulcera, circa diem 3. ejusdem mensis. VII. Grando, tonitrua, & ignes à Cælo, die 4. ejusdem mensis. VIII. Locustæ Aegyptios agros vastantes, 7. ejusdem mensis. IX. Tenebræ palpabiles, 10. ejusdem mensis. Eadem die Moyse ipsum mensem primum anni Sancti constituit; Paschatis celebritatem instituit, atque segregari jubet agnum Paschalem, quatuor post dies immolandum. X. Mors primorum natu, nocte inter 14. & 15. mensis Abiud. Eadem nocte primum Pascha ab Israelitis celebratur; & Pharaon facessere ex Aegypto populum cogit.	1487
2513	E. Rameffe noventes primâ die venerunt in Sochoth; inde in Etham. Deflexo postea ad meridiem itinere, castrametati sunt in Pi-hahiroth, inter Magdolum, & Mare, è regione Beel-sephon. Pharaon, cum se dimisisse populum poenitisset, abeuntes cum exercitu persecutus, ad Pi-hahiroth assequitur. Deus nubis columnam Hebrais assignat & in defensionem, & in ducem itineris. Moyse percussus prodigiosa virgâ mare diffundens, viam per medium ejus sinum Hebrais aperit. Aegyptii eundem transitum tentantes, omnes naufragio perierunt, die 20. primi mensis. Moyse in adversam maris ripam succedens, in deserto Etham iter facit, atque tridui itinere tandem Maram pervenit, ubi injecto quodam ligno ingratus aquarum sapor corrigitur. E. Mara moventes, veniunt in Elim, locum 12. fontibus irriguum, & 70. palmis amœnum. Post hæc, ad Mare Rubrum primum, dein in deserto Sin castrametantur; ubi Deus manna pluit. Post hæc ventum in Daphcam, Alus, Raphidim, ubi deductæ à Moyse è petra aquæ. Circa eundem locum Amalecitarum Israelitas aggrediuntur, & infirmos, qui reliqui exercitus iter persequi non poterant, occidunt. Moyse, misso contra illos Josue, ipse interim in montis cacumine manus ad Cælum protendebat. Die 3. tertii mensis post egressum ex Aegypto, Israelitæ ad radices Sinai castra habent, ubi integro anno manserunt. Moyse, conscenso monte, Deus significat, in eundo cum Israelitis foederi præsto se esse; eâ conditione, ut populus in obsequio maneret. Moyse populum conveniens, Dei conditiones exponit, atque populum ad foedus ineundum paratum nanciscitur.	1487

Mon.

Generalis Historiæ Biblicæ. 481

A. M.		A. Chr.
	Montem repetens, populi voluntatem Deo renunciat. Deus descendere ad populum jubet, atque indicere, ut biduo ad recipiendam Legem se disponat; se interim tertâ die ad eandem Legem ferendam in Montem ascensurum. Caveat tamen populus, ne usque ad tertiam diem ad montem accedat: in transgressores verò capitali supplicio animadvertatur. Die tertâ gloria Dei montis vertici insidet, omnibus interim tubis, & tonitribus reboantibus. Moyse ad radices Sinai populum deducit, velut ad exhibendum Deo obsequium. Ipse montis verticem scandit: sed mox à Deo descendere jubetur, ac monere populum, ne montem conscendere audeat, mortis discrimen alioquin subituro. Moyse, his executioni mandatis, Deum iterum conveniens, Decalogum recipit. Descendens iterum, receptas à Deo Leges, cum præscriptis ab eo conditionibus, proponit; atque rebus ab illo propositis omnibus, populus acquiescit. Regresso in montem Moyse, Deus judiciaria præcepta, quæ potissimum ad politiam pertinent, proponit. Ille verò his acceptis, excitatis ad radicem montis 12. altaribus, victimas foederi confirmando martari jubet: sanguine postea è victimis defluente, librum Foederis aspergendum præcipit; eodemque & populum in foedus consentientem aspergit. Hinc Moyse, Aaron, Nadab, Abiu, & septuaginta Seniores Israelis, conscenso monte gloriam Domini conspiciunt; statimque eadem die aliis descendentibus, Moyse, & Josue servus ipsius, adhuc sex diebus, manent. Septimâ die, Dominus accersito ad se Moyse, ideam omnem Tabernaculi, ritus sacrificiorum, & nova quadam alia, spatio 40. dierum, exponit. His evolutis, Deus post traditum Moyse Decalogum, duabus lapideis tabulis inscriptum, descendere ad populum jubet, quem reum commissæ in vitulum aureum idololatriæ denunciatur. Moyse viso suis oculis populo coram vitulo ludente, excandescens subitâ irâ, projectas tabulas lapideas frangit. In castra demum advolans, dejectum vitulum comminuit, ac Levitarum gladio in populum idololatram sevens, 23000. trucidat. Mane alterius diei, succedens ad montem, veniam commissi à populo criminis à Deo impetrat. Jussus autem à Deo novas parare Legis tabulas, fidem ab eo nunquam deserendi Israelem obtinet. Preparatis tabulis, Moyse iterum mane alterius diei montem repetens, gloriæ Dei visione recreatur. Cum mansisset autem in monte 40. diebus, & totidem noctibus, scriptas à Deo tabulas Legis, quas antea paraverat, recipit. Eâ dierum periodo evolutâ, descendens è monte, radiantem intuitu Dei faciem se referre ignorat. Obductâ velo facie, ad populum loquitur, cui Tabernaculi ædificio proposito, ad spontaneas oblationes invitatur. Injunctum præterea medii sicuti tributum in singulos Israelitas, instituto in eam rem censu, atque 603550. hominibus enumeratis. Beseleel, & Oholiab operibus Tabernaculi dirigendis præficiuntur. Tabernaculum, & singula ejus partes eriguntur, die primâ primi mensis, anni 2. ab egressu ex Aegypto. Secundus census populi, primâ die secundi mensis. Consecratio Tabernaculi, Altarium, Sacerdotum die 5. secundi mensis. Census singularis Levitarum, qui omnes, loco primorum natu Israelis, obsequiis Tabernaculi dedicantur. Die octava à consecratione Tabernaculi, sive dedicatione, Principes Tribuum, statâ quilibet die, munera Tabernaculo offerunt. Jethro in castra venit, paucis diebus antequam Israel è Sinai moveat. Die 20. secundi mensis, Majo, & Junio respondentis, Israelitæ moventes, veniunt Taberam, sive Inceptionem: inde tridui itinere à castratione Sinai, ad Kiberoth-Avah, sive ad Sepulchra Concupiscentiæ perveniunt. Eldad, & Medad in castris prophetant. Num. 11. 26. 27. Deus coturnices ad populum demittit. Num. 11. 31. 32. In Aseroth venientibus, Aaron, & Maria querelam in Moysem pro Sephorâ uxore ipsius excitant. Maria septem diebus extra castra manet. Succedentes in desertum Pharan, Rethmæ castra habent; deinde in Cadef-barne, unde 12. selecti è singulis Tribubus viri, ad explorandam Chanaanitidem mittuntur. Post 40. dies Exploratores ad castra reversi, in populo seditionem excitant, vulgantes, regionem illa incolas suos vprare. Caleb & Josue frustra rumore compescere conantur: quare Deus interposito	
2514	Differt. Calmet Tom. II. P p p jure-	1486